



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

6. De Appellatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

C A P. VI.

## *De Appellatione.*

**A**ppellatio est prouocatio à sententia vel alio superioris grauamine ad alium maiorem iudicē, tanquam remedium innocentiae non ad defensionē iniquitatis institutum, quare si causa appellentis notoria appellationi deferenda non est: Item si contra absentem ob veram contumaciam sententia lata sit appellans ab ea non auditur.

Ab arbitris appellari non potest, si partium consensu electi fuerunt neq; à summō Principe. Deniq; in eadem causa non magis bis appellare concessum est, tertio autem appellans non auditur.

Duplex est appellatio, primo Iudicialis (instituit de his, quæ circa iudicium accident, quamvis ci- vili iure non nisi à sententia definitiva appellari pos- sit, non item ab interlocutoria præterquam si eius grauamen per appellationem à definititia reparari non possit.) Secundo Extrajudicialis appellatio est, quæ extra iudicium interponitur ob aliud quodcun- que grauamen illattim vel inferendum, ut si alteri beneficium collatum sit in meum præiudicium.

Appellatio intra decem dies à lata sententia vel a-  
lio grauamine fieri debet, quamuis à grauamine ex-  
tra judiciali cum id in rem iudicatam non transeat  
grauatus etiam post decennium audiatur si per mo-  
dum querelæ (tanquam remedium iuris communis &  
ordinati) superiorē audeat, officium eius implorādo,  
sed sententia in iudicio lata si intra decem dies  
per appellationem suspensa non fuit, transit  
in rem iudicatam siquidem facit autoritatem  
rei iudicatæ & tribuit ius plenum parti litigii

Vu 2 gantis

ganti: nisi de iniuritate sententia certo constituta  
reg 207. ff. Res iudicata pro veritate accipitur.

NB. Sententia in causa matrimoniali etiam post  
decennium non transit in rem iudicatam, quia in his  
agitur de vitando peccato unde coniux si assentiat  
pro valore multitudinis lata velit appellare, semper  
audiri debet, vel si appelleat à sententia lata diuini  
ostendendo nul'um subesse impedimentum.

5 Appellat o si rationabili causa nititur producere  
effectum suspensuum & deuolutum; Eff. et usus  
suspensus praecepit lo. um habet in appellatione iu-  
diciali, praeceps in qua est à sententia definitiva illa  
enim omnino suspendit iurisdictionem iudicis quo-  
ad illam causam. Deuolutus autem effectus in co-  
consistit, quod Iudex, ad quem appellatur, priorem  
iudicem adhibere & ad se deuolutam causam ple-  
definire ac cognoscere possit.

NB. Declaratoria sententia per quam iudex ali-  
quem pronuntiat in excommunicationem incidi-  
se per appellationem suspendi solet.

6 Literæ appellationis quæ vulgo Apostoli dicun-  
tur intra decem dies à die latæ sententiæ instantes  
petendæ sunt à Iudice, à quo appellatur ad eum, qui  
de appellatione cognitus est, alioquin, qui appelle-  
lant censemur appellationi renunciasse, & harum  
sunt species. Dimissoræ ( quibus iudex appellationi  
desert & causam ad superiorrem ablegat ) Refutati-  
vae ( quibus appellationi non desert, sed iniquam af-  
ferit ) Reuerentiales: ( quibus desert quidem, sed nō  
tam obmetitum causæ, quam ob reuerentiam su-  
perioris ad quem appellatur.

NB. In appellatione extra judiciali instituta ob-  
grauamen illatum vel inficiendum etiam Apostoli  
petiso

peti solent, si sint, qui eos dari possit; alias non : Si quis in presentia iudicis appellare non possit concessum est, appellare coram Notario & viris honestis.

Tempus totum exercend e & finienda appella-  
tionis annus est : si impedimentum incidet bien-  
num, inter quod tempus appellans curare debet, ut  
causa apud iudicem appellationis terminetur; alio-  
quis sententia prioris Iudicis transibit in rem iudi-  
catam si appellatio fuit judicialis.

Iniuste appellans ad expensas litis & alia damna 8  
aduersario illata obligatur restituenda.

Iudex suspectus canonico iure recusari potest ac 9  
pati, ut arbitri partium consensu statuantur.

NB. Appellationis similis est querela simplex,  
quae ad superiorem defertur ob denegatam instan-  
tiā mox causa cœpta non sit, si cœpta locus erit  
appellacioni.

NB. Regularibus denegatur appellatio (nisi ma-  
nifestum sit eos à Prælatis grauari) ne eius prætextu  
à Prælatorum suorum obedientia subducantur.

## TITVLVS QVARTVS.

### De Virtute & statu Religionis.

NB R eligio sic dicta est, quia nos Deo vinculo  
pietatis adstringit ac religat de eo, ut supre-  
mo omnium Domino cultum & obsequia nostra  
deferrimus.

NB. Religio non est virtus theologica, quia illa  
directe versantur circa Deum, ut obiectum, quid in  
credendo, sperando, amando; sed religio versatur  
circa exhibitionem cultus diuini adeoque hominis

V u 3 actionem,